



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

72. An Inquisitiones per præsumptiones possint condemnare aliquem pro
Hæretico? Ex p. 4. tr. 8. res. 36.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

Et Potestate Inquisitor. Ref. LXXI. &c. 443.

tenia jurisdictione contra aequali. Nota quod his verbis utitur Concordia ubi supra, quam rationem prius docuerat Suarez de cens. disp. 47. sect. 1. num. 10. & seq. Filiucius tom. 1. tract. 19. cap. 9. num. 244. & Layman lib. 3. sect. 5. tract. 3. part. 3. cap. 7. num. 3. Et idem dicendum est de Episcopis qui tradunt iudicibus laicis Clericos degradatos, ut patet ex cap. novimus, de verbor. significat. unde ex dictis Gaspar Hurtado de irregular. disp. 2. difficult. 1. num. 42. sic asserit iudices Ecclesiastici, & Inquisitores, eorumque ministri, non sunt irregulares si aliquem degradatum, aut hæreseos condemnatum tradant brachio seculari, quia non cooperantur ad mortem. Ita ille, & ante illum Emanuel Sæver. irregularitas. §. ex deformatione licita, num. 4. ubi ita ait: Oportet vero dedisse ad id causam propinquam & directam ex natura sua ad deformationem; tale autem est adjudicare morti, accusare, testificari; at tale non videtur esse tradi hæreticum ab Inquisitore brachio seculari. Hæc ille; & novissime hanc sententiam docet Mercerus in 3. part. quest. 24. de irregularit. dub. 6. Bonacina de censuris disp. 7. quest. 4. punct. 1. num. 27. Igitur si Episcopi & Inquisitores tradentes supradictos brachio seculari, minime irregularitatem incurunt, quia non sunt causa proxima, nec cooperantur ad eorum mortem; quanto magis dicendum est in nostro casu neque irregularitatem incurere, si tradant reum iudicibus laicis.

3. Nec supradictis obstat primò quòd Gregorius XI V. in Bulla de immunitate Eccles. ut docet Farinacius in append. cap. 22. num. 343. liberat ab irregularitate iudices, qui in casibus exceptuatis in dicta constitutione, tradunt reos iudicibus secularibus. Ergo non est verum, quod supra conati sumus firmare, nempe dictam remissionem & traditionem non esse causam proximam, neque per eam irregularitatem incurri; non, inquam, hæc obstat, quia puto Pontificem in dicta Bulla non dispensare in irregularitate, sed declarare non incurri, ut apparet, si attende verba Bullæ considerentur. Adde quòd ad tollendos scrupulos, & pacandas conscientias, Pontifices solent dispensare, & concedere multa privilegia, quæ in rigore necessaria non forent.

4. Non obstat secundò quòd in casu cap. si iudex laicus, & in casu cap. novimus, supra citatis, Inquisitores & Episcopi sunt immunes ab irregularitate ex vi præcepti Apostolici, quia, ut observat Gambacurta de immunit. Eccles. lib. 2. §. 7. ver. Absque irregularitatis nota; cum Pontifices in aliquibus casibus jubeant Ecclesiasticos, ut tradant reos iudici seculari, eo ipso intelliguntur irregularitatem auferre, ne ex obedientia, & observatione Canonum, videantur damnum incurere; quod quidem non accidit in casu nostro, nam præceptum tradendi familiares iudicibus laicis, non emanat à Pontifice, qui ab incurfu irregularitatis liberare potest, sed à supremo Consilio Inquisitionis, quod hac potestate caret. Fateor hoc argumentum apud me validissimum esse; sed posset quis respondere Hurtadum, Sæver. Villalobos, Suarez & alios ubi supra, excusare Ecclesiasticos in supradictis casibus ab irregularitate, non ex vi præcepti Apostolici, sed quia in remissione & traditione reorum Curie seculari, minime sunt causa proxima, neque cooperantur ad mortem, unde non incurunt irregularitatem ex defectu lenitatis.

5. Et tandem non obstat tertio quòd qui detegit malefactorem, ut comprehendatur, incurrit irregularitatem, ut colligitur ex cap. na nos, de homicidio, & inter multos docet Adamus Tannerus in 3. part. D. Thom. disp. 6. quest. 10. dub. 13. num. 306. Sed in nostro casu non solum detegitur malefactor, sed curie seculari traditur, ergo, &c. Nam respondeo supradictum manifestantem tunc irregularitatem incurere, quan-

do esset accusator, vel testis necessarius ad cognitionem causæ, vel hoc faceret ut minister iustitiæ. Et ita tenet Turrrianus de cens. lib. 9. disp. 67. dub. 4. qui respondet ad cap. tua nos.

6. Verum his minime suffragantibus, quia casus est magni momenti, putavi de illo interrogatus à DD. Inquisitoribus hujus Regni consulendum esse summum fidei Quæstorem, supremum S. Inquisitionis Consilium. Salvo semper, &c.

RESOL. LXXI.

An Inquisitores possint licite promittere impunitatem reo, si verum fateatur? Ex p. 4. tr. 8. Ref. 22.

§. 1. Respondet affirmativè Flaminio Carcharius in practica interrogandi reos, lib. 2. cap. 1. n. 27. quoniam, ait ipse, Inquisitores in remittendis pœnis & temperandis ampliores, quàm cæteri iudices, habent potestatem, ut patet ex cap. ut commissi, de heret. in 6. & probat Barbosa in collect. tom. 3. lib. 5. tit. 2. c. 12. num. 9. cum aliis penes ipsam.

2. Sed negativam sententiam mordicus tenet Sigismundus Scaccia de iudiciis lib. 1. cap. 87. num. 25. ubi ex multis rationibus probat, quòd Inquisitor non debeat promittere reo impunitatem, sed gratiam se facturum, sed quòd secum agat benigniori, quo poterit, modo, vel dummodo relapsus non sit, quòd Ecclesia secum misericorditer agat. Ita ille. Vide Simancam in cathol. instit. tit. 13. num. 12. Sed circa præsentem quæstionem vide Pegnam in direct. Inquis. part. 3. comm. 23. num. 206. per totum, ubi docet, ut semper solet, disputat, an fides data reo de impunitate præstanda servari debeat, & in quibus pœnis possint Inquisitores gratiam facere, & circa hoc quomodo debeant se habere cum reis. Verum his non obstantibus, non desinam hic apponere opinionem Didaci Cantera in 99. crim. cap. 1. de vera confess. num. 9. ubi sic ait: Secundò intelligo non habere locum nostram fallentiam in crimine hæresis, ut tenet Simanca, sed certè in hoc crimine hæresis contrarium vidi determinari per Consilium inquisitionis in quadam causa cuiusdam relapsi. Nam ex eo quòd Inquisitor promittit misericordiam, non fuit relaxatus. Ita Cantera, unde videant DD. Inquisitores quàm cautè loquendum sit cum reis.

RESOL. LXXII.

An Inquisitores per præsumptiones possint condemnare aliquem pro hæretico? Ex part. 4. tractat. 8. Ref. 36.

§. 1. Licet in causis civilibus ex aliquibus præsumptionibus & indicibus fiat una integra, & perfecta probatio, ex glossa in lib. 2. ff. de excusat. tutor. in legere doctrinam ref. illorum, in cap. veniens 1. de testibus.

2. Verum in favorem fidei aliqui putant quòd indicia & præsumptiones sufficiunt ad condemnationem, quando dicta indicia & præsumptiones plenè probantur, & adducunt lib. 2. in fine, C. de heret. & Innocentium in c. sicut, de simonia. Vide etiam Vmbertum Locatum in praxi Inquisitor. ver. hæreticus, num. 22. & Repertorium Inquisitor. ver. probationes.

3. At his non obstantibus ego contrariam sententiam teneo, nam in crimine hæresis non solum probationes sufficiunt, sed probationes debent esse luce meridiana clariores, quia in hoc crimine de majori periculum agitur, Et ita hanc sententiam tenet Simanca

Sup. hoc sup.
inter. §. Rel.
§. 5. No-
randum, ad
med. verif.
Nec sunt.

Sup. hoc in
not. præte-
rite, ad med.

Sup. hoc in
tom. 6. tr. 1.
ref. 109. le-
ge ejus la-
doctrinam.

Sup. hoc in
ref. seq. &
ne delectas
legere do-
ctrinam ref.
& §. 5. de
seq.

Sup. hoc in
tom. 9. tr. 1.
legatam

doctr. ref. 112. & ex Ref. 123. §. ult. & ex Ref. 124. §. Notandum. ex Ref. 125. §. Circum. cundum. quamvis ibi p^{ro} gaudenda Immunitate Ecclesiæ.

financia in cathol. instit. tit. 50. num. 21. tit. 51. num. 2. & in enchirid. tit. 34. num. 1. Zanchipus de heret. cap. 13. num. 4. Menochius vol. 2. consil. 82. num. 16. Riminal. Ref. 124. §. dus lib. 6. consil. 686. num. 46. vide etiam Paramum de orig. Inquisit. lib. 3. quest. 6. & Parisium lib. 4. consil. 2. num. 101. & Decian. in tract. crimin. lib. 5. c. 35. num. 20. & videtur expresse decum in cap. litteras, de

4. Notandum est tamen quod supradicta sententia procedit quoad condemnandum hæreticum in pena ordinaria hæresis, secus autem in pena extraordinaria, & ita intelligendus est Rojas singul. 264. num. 6. & de heret. part. 2. num. 151. qui videtur sibi variis & contrariis, ut legenti diligenter patebit; & hanc etiam sententiam tenet Simanca in cathol. instit. tit. 50. n. 21. & tit. 51. num. 12. Gundissalvus de heret. quest. 13. num. 21. & 22. Albertin. de agnoscent. quest. 34. num. 56. & seq. Pegna in director. part. 2. comment. 80. & alij. Potest igitur hæreticus per præsumptiones & indicia plenè probata condemnari in pena extraordinaria triremium fustigationis, exilij, carceris, &c. quicquid asserat Menochius consil. 82. num. 144. ubi putat ex præsumptionibus non posse quem condemnari in penam corporalem, sed in pecuniariam. Sed tu tene nostram sententiam cum DD. citatis.

RESOL. LXXIII.

An Inquisitores ex indicij, & præsumptionibus indubitatatis possint punire reum pena ordinaria? Ex part. 4. tr. 8. Ref. 116.

Sup. hoc le- ge præcedentem Ref. & ne præteritis vide- re doct. Ref. & §. ejus secundum annos.

§. 1. Negativè prima facie videtur respondendum ex doctrina Innocentij in cap. quia verisimile, de præsumpt. ubi tenet quod quando quis condemnatur ex præsumptionibus in criminalibus non datur pena ordinaria delicti. Vide etiam Angelum in lib. 2. de furtis, & Ananiam consil. 59. col. 2.

2. Sed his non obstantibus in casu hæresis contrarium dicendum est. Vnde Didacus Cantera in 99. crim. cap. 2. de probat. per testes, quest. 1. num. 60. sic asserunt. In crimine hæresis probato facto ex quo resultat indubitatum indicium, bene datur pena ordinaria delicti, v.g. aliquis facit aliquam ceremoniam Iudæorum, cum sit ex eorum genere, & idem si faceret aliquam ceremoniam Mahometanarum, cum sit de genere Maurorum, certè ex isto facto cum ille sit ex illo genere, resultat præsumptio indubitata, vel indicium indubitatum, quod fuit propter observationem illius legis, vel sectæ, & sic si est negativus, pertinax, datur pena ordinaria hæresis, per textum in cap. ad abolendum, de heret. Ita Cantera, & in his terminis loquitur Simanca in cathol. instit. cap. 49. num. 3. unde hæc menti teneant DD. Inquisitores, quia quotidiana erunt, ut observat Cantera loc. cit. qui etiam videndus est in quest. 6. ubi supra, num. 2.

RESOL. LXXIV.

An Inquisitores per tres, vel quatuor testes minus idoneos possint punire reum pena ordinaria, si simul adsint alia conjectura, circumstantia, vel adminicula? Et notatur, quod numerus testium supplet eorum defectus, etiam ad effectum quod censentur omni exceptione majores.

Et an depositio unius testis inhabilis sufficiat ad torturam?

Et quid si sint duo? Ex part. 4. tractatu 8. Ref. 123.

§. 1. Negativè respondet Almon Ciazzius in sui disceptationibus criminalibus, discept. 17. n. 46. usque ad num. 50. quia testis inhabilis non potest suppleri per alios testes inhabiles, quoniam quod nihil precat. & testium inhabilitas ut suppleatur ex dicto aliter tenet Aymon cens. 99. num. 10. Corn. lib. 1. consil. 2. num. 20. & ex pluribus imperfectis non potest oriri perfectum, Bec. cons. 85. n. 20. & alij.

2. His tamen non obstantibus contrariam sententiam esse veram praxis & Doctorum auctoritas docet. Vnde Antonius Soula in aphorism. Inquisit. lib. 2. cap. 13. num. 13. sic ait: Testes inhabiles licet regulariter non sufficiant, nisi ad inquirendum ad torturam, & ad penam extraordinariam; si tamen magnus sit eorum numerus, & adsint conjecturæ sufficientes, suppletur eorum defectus, & potest imponi pena ordinaria. Ita ille, & Caltrus Palaus in opere morali tom. 1. tract. 4. disp. 3. punct. 15. §. num. 1. sic asserit: Depositio unius testis inhabilis raro ad torturam sufficit, nisi aliis ad miniculis & præsumptionibus gravibus adjuvetur. Depositio duorum sufficit ad torturam, vel ad condemnationem reum in pena extraordinariam, vel §. non quatuor depositio ad condemnationem ordinariam quoniam sufficit, quia multitudine deponentium inhabilitas illorum reparatur. Hæc Caltrus ubi supra, & ante illum Rojas singul. 188. num. 11. Lælius Zecchius in summ. tom. 1. cap. 11. de hæresi, num. 14. ver. admittuntur. Pegna in director. part. 3. comment. 113. & alij. & hæc opinio desumitur ex capite in fidei favorem, de heret. in 6. Vnde Rojas singul. 200. num. 3. ex verbis dicti capituli inferit, & docet quod in crimine hæresis quamquam causa sit criminalis & ardua, numerus testium in favorem fidei defectum eorum & qualitatem supplet. Vide etiam Binsfeldium de confess. malef. sum. 2. conclus. 7. & Deltrium in append. 2. ad disquisit. lib. 5. quest. 12. in fine.

3. Notandum est etiam hic à DD. Inquisitoribus quod numerus testium supplet eorum defectus, etiam ad effectum, quod censentur omni exceptione majores. Ita Gregorius XV. in decis. 351. num. 4. §. 5. quod procedit, etiam si omnes patiantur exceptiones. Ita Casar. de Grassis decis. 175. n. 9. licet quoad hoc ultimum contradicat Cachetanus consil. 64. num. 3. & Baulatus lib. 3. consil. 21. num. 31.

RESOL. LXXV.

An Inquisitores possint punire reum pena ordinaria, si cum teste inhabili occurrat alius testis valde dignus? Et an si testes singulares sint valde digni viri, Nobiles, & egregia persone, conjungantur, & faciant plenam probationem contra reum? Ex part. 4. tractatu 8. Ref. 129.

§. 1. Affirmativè videtur respondendum ex auctoritate Francisci Pitigiani in pract. crimin. sup. hoc canon. part. 2. cap. 1. fol. mibi 145. ubi sic ait: Si alter leg. 1. de testis sit valde dignus, potest supplet defectum, qui quoniam est in altero minus idoneo, ita ut simul efficiant plenam probationem, ut tenet Baldus in l. si quis ex argentiariis, §. 1. ff. de eden. & alij Doctores ibidem. Sic Pitigianus. Vide etiam Ghilserium de iudice Regulari c. 17. num. 46.

§. 2. Sed ego puro DD. Inquisitores non debere discedere à contraria sententia quam docet Pottel in dub. Regul. ver. Testis n. 10. & Pegna in director. part. 3. comment. 113. & alij, quia ex dignitate unius, non reparatur alterius defectus, nisi cum utriusque depositione